

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Johannes Monheim

**Methodus Arithmetices Computatoriae, omnes supputandi artem tradens: tam
illam, quae notis numerorum, quam quae olim calculis ...**

Rostochii: Myliander, 1610

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn729968588>

Druck Freier  Zugang



Lb
3034

A - C 23 Lttt. n.

74 - 13.

G. G. E. Tha ro ing ned. Pl. 1
1784.

L. b = 3034.

METHODUS
ARITHME-
TICES COMPU-
tatoriae, omnem supputandi ar-
tem tradens: tam illam, quæ notis nume-
rorum, quam quæ olim calculis, nunc
nummis super æquè distantes lincas
sursum ac deorsum positis,
perficitur.

AUCTORE,
J.O. MONHEMIO.



ROSTOCHII
Excudebat Stephanus Myliander,

Anno M. DC. X.

N° 236

MENSA PYTHA-
GORÆ.

1	2	3	4	5	6	7	8	9	10
2	4	6	8	10	12	14	16	18	20
3	6	9	12	15	18	21	24	27	30
4	8	12	16	20	24	28	32	36	40
5	10	15	20	25	30	35	40	45	50
6	12	18	24	30	36	42	48	54	60
7	14	21	28	35	42	49	56	63	70
8	16	24	32	40	48	56	64	72	80
9	18	27	36	45	54	63	72	81	90
10	20	30	40	50	60	70	80	90	100

Lern wol mit fleiß das Ein mahl ein/
So wird dir alle rechnung gemein.



DE PARTIBVS
ARITHMETICES
IN INTEGRIS NU-
MERIS.

ARITHMETICA est ars numerandi. Numerus est unitatum collectio. Unitas numerus non est, sed numeri principium. Est autem triplex ^{Numerus} numerus: Digitus, qui denario minor est, ut, ^{Triplex est} 2, ^{Digitus quidem} 3, 5, 8. Articulus, qui denariam summam secundum quidem melius sapius exacte constituit, ut, 40, 60, 100, 180. Compositus ex articulo & articulo constat, ut, 48, 55, 107. Arithmetica partes haec habet praecipuas, Numerationem, Additionem, Subtractionem, Multiplicationem, Divisionem, Progressionem, Radicum extractionem.

DE NUMERATIONE.

Numeratio sive potius notatio, docet quemvis ^{Numeri} numerum recte scribere, & pronunciare ^{principium}. Decem sunt numerorum nota, sive characteres, quibus omnis numerus exprimitur, 1, 2, 3, 4, 5, 6, 7, 8, 9, & 0, quam alij circulum, vulgo

A 2

Z.

Ziphram vocat: quæ nihil ipsa per se significat,
verum alijs præposita notis, earum omnium, quæ
sequuntur, auget in decuplum significationem.
In ordine autem notarum primam vocamus, quæ
ad dextram posita est, & suum numerum, seu
unitates denotat, ut 8, octo: secunda sinistram
versus se ipsam decies, ut 10, decem: 20, vigin-
ti &c. tertia centies, ut 300, trecenta: 400, qua-
dringenta: quarta millies, ut 5000, quinq. mil-
lia, 6000, sex millia &c. quinta decies millies:
sexta centies millies: septima millies, tantum
dem millies: sic consequenter progrediendo, ut se-
quenti semper ad immediate anteventem ra-
tio sit decupla. Observandum quoq; propter nu-
merandi facilitatem, ut supra quartum quenque
characterem punctus locetur, qui millenarium
denotabit numerum, hoc modo:

7630456780. Pronunciationem incipimus à
sinistra. Exemplum igitur dictum sic eloquere,
Septies millies millena millia, sexcenties tricies
millena millia, quadringenta quinquaginta sex
millia, septingenta & octoginta. Veterum verò
more, eoq; elegantissimo, hunc in modum effer,
Septuaginties sexies millies centena millia, ter
centies centena millia, quater centena quinqua-
ginta

ginta sex millia, septingenta & octoginta. *Vbi*
enim vulgo dicimus millies mille, veteres decies
centena millia efferebant.

DE ADDITIONE.

Aditio est duorum plurium vè numerorum in unam summam collectio. Illud autem summopere observato in tota hac arte, ut accuratè ponantur directi numerorū ordines, ut primi limitis notæ ex perpendiculo primis, secundi secundis, tertij tertiijs, &c. respondeant. Nec quicquā refert, si non omnes numeri aquæ multis habeant limites, modo exactè superiores inferioribus respondeant. Quibus sic ordinatis, linea recta sub ijs trahatur, & initio, à dextra parte conjugito omnes primas. quod si ex tali additione digitus emerserit, is infra lineam directè sub primis figuris est scribendus: Si vero articulus, aut numerus compositus, primam notam posne, altera mente servata, qua postea secundis jungenda est. Junctis autem primis, eodem modo secundas collige, quibus expeditis, ad tertias progredere, & sic consequenter. Cum vero ad ultimum locum deveneris, quicquid illic collegis, integrè scribito, nihil amplius in mente servando.

13

Exem-

Exempla.

6728	7207537
3564	3682048
873	352373
<hr/> 11165	<hr/> 53742
	<hr/> 13355700

*Si scire cupis an rectè numeros collegeris, & a
toto numero supra lineam posito, nullum ordi-
nem attendendo, quoties potueris abjice, & quic-
quid novenario minus remanserit, servato. Eo-
dem modo novem ex numero sub linea posito reji-
ce, si hic numerus prius reservatus manserit, be-
ne operatus es: ut,*

78634	utrobiq.
24530	8 rema-
8735	nent.
<hr/> 111905	

DE SUBDUCTIONE.

Subductione est numeri à numero subtractio.
Ordinentur numeri ut in additione dictum
est. Deinde primam inferioris subtrahē à prima
superioris, & quod remanserit directè subtus li-
neam

neam ponatur: quod si nihil relictum fuerit, scri-
be o. Porro si numerus inferior superiorem ex-
cesserit, huic decem mente adjungito: deinde ab
eo sic aucto deduc inferiorem. Hoc vero quoties
feceris, toties figura subsequenti subtrahenda ad-
de unitatem. Postea de secundis & tertius &c.
age consimiliter.

Exempla.

78934	5682356
62732	5678766
16202	3590

Probatio. Abice 9 à numero, à quo sub-
ductio facta est: Deinde à subducendo simul &
à subducto. Si utrobiqui residua aequalia fuerint,
rectè operatus es - ut.

1542	supersunt
1275	utrobiqui tria.
207	

Sumitur & experientia probationis per addi-
tionem veluti oppositam speciem, ita ut si relictus
numerus additus fuerit subtrahendo, tum supe-
rior redierit, hoc modo:

A 4

4765

4765. heus tristisq; rebus
 -eas eis resurgat. cui 865. prima q; anno. o ad
 da hanc eis resurgat. 108. secunda p; 110.
 tunc p; est. 4765. roropholis q; os
 de iudeo. **MULTIPLICA-**
TIONE.

Multiplicatio est ductus duorum numerorum in se, quo tertius procreatur, unus alterum continens, quoties reliquus capit unitatem: usque quatuor sunt 12. In hac specie prior numerus per adverbium exprimitur, alter vero simpliciter. Unitas nec multiplicat nec dividit. Principio hic ad unguem testare oportet, multiplicationem digitorum inter se, id est ex subjecta tabula facile discere poteris.

TABULA MULTIPLICA-
TIONIS.

2	4	3	9	4	16
3	6	4	12	5	20
4	8	5	15	6	24
5	10	6	18	7	28
6	12	7	21	8	32
7	14	8	24	9	36
8	16	9	27		
9	18				

9	25	6	36	7	49
6	30	7	42	8	56
7	35	8	48	9	63
8	40	9	54		
9	45				
		58	64	9	9
		829	72	—	81

Dispositis autem numeris, duc primam inferioris ordinis in singulas superiores ordine retrogrado, observatis conditionibus in additione traditis: expedita prima, ipsam cancella. Postea secundam inferioris etiam in singulas superiores multiplica: hoc solum observato, quod primum productum sub ea figura inferiore, per quam multiplicas, signabis. Eodem modo reliquas inferiores absolve. Deinde numeros sub linea positos in unam summam collige, et productum ex eis, tibi numerum requisitum ostendes.

Exempla.

$$\begin{array}{r}
 468 \\
 6 \\
 \hline
 2808
 \end{array}
 \quad
 \begin{array}{r}
 357 \\
 24 \\
 \hline
 1428
 \end{array}
 \quad
 \begin{array}{r}
 642 \\
 246 \\
 \hline
 3852
 \end{array}
 \\
 \begin{array}{r}
 714 \\
 \hline
 8568
 \end{array}
 \quad
 \begin{array}{r}
 2568 \\
 1284 \\
 \hline
 157932
 \end{array}$$

Appendices.

As

Sig.

Si uterq; numerus, aut alter eorum, unam aut plures figuræ o in fronte habuerit, multiplicata tantum significativas notas, & postea toti summae præpone omnes o quotquot erant in utriusq; numeri principio. Quot si in medio inferioris multiplicacionis inveniatur o, prætereunda est: ut

$$\begin{array}{r}
 2400 \\
 1200 \\
 \hline
 48 \\
 24 \\
 \hline
 2880000
 \end{array}$$

$$\begin{array}{r}
 245 \\
 104 \\
 \hline
 980 \\
 245 \\
 \hline
 25480
 \end{array}$$

Item si proponatur numerus par per s. multiplicandus, præpone medietati o. Si impar, unitatem aufer, & tum ante medietatem pone s. Ut quinquies 16. efficiunt 80. quinquies 17. constituant 85. Quod si per 10. multiplicare voluerit, multiplicando antepone unam o, si per centum, duas, si per mille, tres, &c. & peracta semper est multiplicatio: ut decies 24 efficiunt 240: centesimis 364 faciunt 36400. &c.

Proba-

Probatio. Subtrahe 9 ex multiplicante & multiplicando signatim, & quicquid utring_z remanserit, in se invicem ducito, ex productor rursum 9 abjice, quod aquale erit residuo numeri ex multiplicatione producti: ut

$$\begin{array}{r} 345 \\ \times 14 \\ \hline 1380 \\ 345 \\ \hline 4830 \end{array} \quad \begin{array}{r} \checkmark 9 \\ - 6 \\ \hline 3 \end{array}$$

Probatur & multiplicatio per divisionem, de qua nunc dicemus.

DE DIVISIONE.

Divisio est majoris numeri in tot partes sc̄tio, quot continet ipse minor unitates: ut si per 4 dividantur 20, proveniunt 5. In hac numerandi parte, scribe ultimam divisorū sub ultima dividendi, penultimam sub penultima, & sic deinceps, si divisor sit minor vel aequalis numero supra posito: nam si major fuerit, tunc ultima divisoris logetur sub penultimam dividendi, &c.

Quibus sic ordinatis, considera quoties divisoris ultima possit detrahi à sibi supraposito numero, ita tamen ut tates reliqua si fuerint à su-

pra pos.

præpositis suis, & residuo prioris, si quod fuerit,
etiam possint detrahi: eum numerum seorsum ad
dextram postposita semicirculari figura ponito.
Deinde duc eum in singulas divisoris figuras, in-
cipiendo ab ultima divisoris, & productum ex
multiplicatione à dividendo supra posito subtra-
he. Quo facto, cancella dividendi & divisoris
notas, & residuum debito ordine supra cancella-
ras dividendi figuras scribito. Postea transfer
ulterius totum divisorem dextram versus, sic ut
quilibet figura sit uno loco vicinior dextra, quam
prius fuerat: & quare novum numerum modo
jam dicto priori anteponendo. At si hic divisor
major fuerit, dividendo supraposito, tunc pone O
ante numerum prius quasitum. Atq; iterum to-
tum divisorem per unum locum transfer, quomq;
divisoris prima proveniat sub primam dividendi.
Si quid autem supererit divisiore minus per mo-
dum fractionis ante numerū per divisionē quasitum,
cum suppositione totius divisoris, ponito.
Caterum divisor post quamlibet operationem de-
bet esse major numero sibi supraposito, nec unq;
numerus major novenario in semicirculum po-
wendus est.

Exempla..

8468

8468

(2117)

6781

(121)

(565 $\frac{1}{2}$)

48672

234

(208)

Appendices.

Si ut erg_z numerus in fronte habuerit 0, eam
per virgulam ^{ad dexteram} hac lege abscinde. ut quot à numero
dividendo 0 abstuleris, tot etiam à divisore
auferas.

3600

120

(30)

Ac si solum in divisoris principio una aut plu-
res nota ^{id est Cyphra} circulares ponantur, eas sub primis di-
videndo figuræ scribito. Quicquid autem su-
pra figuræ ponitur, facta divisione redundabit: hoc modo

962411

1200

(802 $\frac{11}{1200}$)

Item si numerus per decem sit dividendus pri-
mam figuram per virgulam abscinde: si per cen-
sum, duas: si per mille tres &c. & peracta est
Divisio.

Probatio. Rejice 9 ex divisore, & num-
ero ex divisione producto sigillatum: summas reli-
etas in

Etas in se invicem multiplicā, & productō adde
relictum ex divisione, si forte fuerit, à quo etiam
abjice: & relictum residuo dividendi, abjecto
nonvenario, respondebit: ut,

$$\begin{array}{r} 345 \\ \times 15 \\ \hline \end{array}$$

$$(23)$$

$$\begin{array}{r} 6 \\ \times 5 \\ \hline 30 \\ -2 \\ \hline 3 \end{array}$$

$$4685$$

$$12$$

$$(390 \frac{5}{12})$$

$$\begin{array}{r} 3 \\ \times 3 \\ \hline 9 \\ -3 \\ \hline 6 \\ -3 \\ \hline 3 \end{array}$$

Probatur & divisio per multiplicationem: ut
si ex ductu divisoris in numerum ex divisione
procreatum, provenerit dividendus, adjecto prius
residuo, si quod fuerit. Sic & multiplicationis
certitudo ostenditur per divisionem. Nam sum-
ma per multiplicantem divisa, producit multi-
plicandum.

DE PROGRESSIONE.

Progressio duplex est, Arithmetica & Geome-
trica. Arithmetica est numerorum inter se
equaliter distantium in unam summam colle-
ctio:

compendiosa
ctio. Junge autem hic **primum numerum**
stremo, deinde **numerum notarum** scribe. ^{hoc est numerus quod sunt nota} **scribo.** ^{qui dividitur per eum} **Horum** duorum numerum semper unus ^{par.} existit, ^{impars} **cujus medietatem** cum altero numero multipli-
cato, & productum summam progressionis indi-
cabit: ut 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. Sum-
ma universorum est 78. Item, 3. 6. 9. 12. 15. 18. 21. 24. 27. faciunt 135. Porro Geometrica pro-
gressio est numerorum proportione se excedenti-
um coacervatio. In hac multiplica ^{postremum} maximum ²⁵⁴
numerum cum eo à quo proposita proportio no-
men sortita est, & à producto aufer ^{primi numeri in principio} minimum ^{quod possit} ^{tus est}
numerum. Postea à numero à quo proportio de-
nominatur subtrahe unitatem; & cum relichto ^{in primo exemplo cum dupla}
alterum numerum divide, tum quasita summa ^{de exemplo cum dupla}
proveniet, ut 2. 4. 8. 16. 32. 64. 128. est propor-
tio dupla; & summa omnium est 254. Item

3. 9. 27. 81. 243. 729. facit 1092. Proba-
tio, Abjice 9 ab utroq. numero si-
gillatim, & residua erunt
equalia.

4. 8. 12. 16. 20. 24. 28. 32.



DE EX.

DE EXTRACTIONE RADICUM.

Radix autem est quadrata, aut cubica. Radicem quadratam extrahere, est inventio numeri, qui in se multiplicatus numerum propositum, si totus quadratus sit constituit, vel si totus quadratus non sit, latus maximi quadrati, qui sub toto numero est, extrahit, ut si in se semel ducta, procreant 25: hujus producti radix seu latus sunt 5: numerus vero quadratus seu superficies quadrata 25.

○	○	○	○	○
○	○	○	○	○
○	○	○	○	○
○	○	○	○	○
○	○	○	○	○

Quod si numerus aliquis non in se, sed in alium ducatur, sit superficialis quidem, sed non quadratus: ut quatuor ter

○	○	○
○	○	○
○	○	○
○	○	○

Numerus, cuius radix quadrata queritur, locum imparibus, ordine retrogrado observato, signetur pun-

tur punctis. Deinde sub ultimo punto si rem
stram versus quare digitum, qui ductus in se, to-
tum, aut quam proximè potest (quod in tota hac
parte observare oportet) annibiles per subductio-
^{antezat}nem supra scriptum. Talem digitum scribe an-
te semilunulam dextram versus, ut in divisio-
ne; deinde ipso in se multiplicato, productum
subtrahē à numero supraposito. Postea digitum
^{post semilunulam} inventum dupla, duplatum sub proximam figu-
ram dextram versus ponito. Iterum quare ali-
um digitum, qui in duplatum ductus, numerum
supra duplatum positum aboleat, ita ut postea,
etiam in se ipsum ductus, numerum proximo
puncto signatum deleat, talem numerum scribe
ante digitum, prius inventum: si autem talis nu-
merus haberi non potest, o scribe. Quo peracto
totum semicirculi numerum dupla, duplatum
dextram versus ita ponendum est, ut prima du-
plati nota, sub eam figuram, quæ proximè inter
puncto signatas media est, collocetur; Cetera si
quæ sunt ex ordine sub alias figuræ sinistram
versus ponentur. Sic operare donec ad finem
deveneris. Quod si quid remanserit, numerus
propositus non est quadratus, & numerus semi-
circuli, non est radix totius numeri propositi, sed
maximi quadrati sub proposito contenti.

B

tracto

tracto autem à toto numero relictō in fine, jam
efficitur quadratus.

Exempla.

57836025 quadratus numerus.
7605 radix.

Item huius numeri 45369 radix est
213.

In probatione 9 à radico abjicito, & quod
remanerit, in se multiplicato, ac productō adde
relictum si forte fuerit, ab hoc etiam 9 abjice, &
residuum relictō quadrati numeri respondebit.
Deprehenditur & certitudo ejus per multiplicati-
onem hoc modo. Duc radicem inventam in se,
productō adde residuum si fuerit, & provenies
numerus propositus.

Cujus numerus est, qui fit ex ductu numeri
in se his, vel semel in suum quadratum. Cujus
radicem seu latu*m* investigatur, primam figu-
ram, & loca milenariorum punctis supra possit
signabis. Deinde quare digitum sub ultimo nu-
mero punto signato ad dextram ante semicircu-
larem lineam scribendum, qui in se cubicè mul-
tiplicatus totum numerum suprascriptum, aut
de toto quantum possit, deleat. Quantum verò
digitus in se ductus cubicè producat, quæ sequun-
tur declarabunt.

123

1	2	3	4	5	6	7	8	9
1	8	27	64	125	216	343	512	729

Jan
 quod
 adde
 , &
 ebis.
 lica-
 n se,
 nies
 neri
 ujus
 figu-
 sitie
 nu-
 cu-
 sub-
 aut
 erd
 sun
 23

Cubo autem digitii inventi abstracto a superposito numero, digitum tripla, triplati prima sub tertiam transferatur figuram, ceteræ sub præcedentes sinistram versus. Sub hoc triplatio iterum quare digitum ante alium scribendum, qui una cum radice prius inventa ductus in triplicatum, & postea solus in productum debeat numerum triplato superscriptum, & solus in seipsum cubicè ductus auferat numerum proximo punto signatum. Quod si talis numerus haberi nequit, scribe O ante radicem prius inventam. Et rursus totam radicem triplato, digitusq; alium quare, ceteraq; omnia modo dicto perage, quouq; omnia puncta absolveris. Si vero nihil reliqui manserit, numerus pp̄ficius cubicus erit. Quod si manserit, solidus quidem est, sed non cubicus.

Exemplum.

250523582464 (6304 radix.

Probatio, Abjice 9 à radice, & residuum in se cubicè multiplicata, productio adde si quid prius remanserit, quod si id relictio numeri propositi, post novenariam abjectionem, responderit, bene operatus es. Aut multiplicata radicem in se cu-

Bz bice,

bicè, ac residuum si adsit, adde producto, & propositus redibit numerus.

DE MINUTIIS SEU FRACTIONIBUS.

FRACTIO est pars integri. In omni fractione ad minus duo sunt numeri virgula interjecta à se invicem distincti, quorum superior numerator vocatur, quia integri propositis partes numerat; inferior denominator, quoniam partes, in quot totum dissectum est, denominat, ut $\frac{2}{3}$ duæ tertiae, id est, duæ tertiae, unius integri, intres divisi.

Notandum est hic si numerator denominatore major fuerit, fractionem integrum superare, ut $\frac{2}{2}$ valet 1 $\frac{1}{2}$. Quod si autem numerator minor fuerit denominatore, fractio vincitur ab integrō: ut $\frac{3}{4}$. Sin æquales fuerint, fractio integrum præcisè valet, ut $\frac{3}{3}$.

Item si scire volueris quantum in integro valeat fractio, ut $\frac{3}{4}$ unius aurei Rhenani, resolve unum aureum in minorem monetam, ut in 32. de valore stuferos. Deinde duc numeratorem in numeracionem inueniens, in quem integrum resolvisti, productum per denominatorem divide, & habebis 24 stuferos.

Fra.

Fractio ita minuitur: divide majorem numerum per minorem, & rursus minorem per residuum majoris, sic continuando, donec ad alienda. quem numerum deveneris, qui dividendum penitus tollat: Si est numerus per quem ambo minuantur, ut 3 in hac fractione $\frac{2}{8}$ facit $\frac{8}{27}$. Quod si talis divisio ad unitatem devenerit: propositi numeri minui non possunt, ut $\frac{7}{19}$. Item si ambo numeri pares fuerint, minores fieri possunt per binarium.

Item si integri minoris numerum, quota pars in majori sit integro, cupias cognoscere, ut, 4 stuferi quam fractionem in aureo constituant, resolve aureum in stuferos 32, quibus supra scribe 4 tanquam numeratorem, ut $\frac{4}{32}$ vel $\frac{1}{8}$. Ocurrunt aliquando fractiones fractionum, ut quae non statim ipsum totum, sed alicuius tantum totius partem dividant: ut si quis tertiam partem aurei in tres partes dividat, hoc est $\frac{1}{3} \frac{1}{3} \frac{1}{3}$ una tertia unius tertiae (prima enim habet tantum virgulam interjectam) haec semper reducenda sunt ad simplices minutias, id est hoc modo: Numeratores inter se multiplica, similiter & denominatores, & simplex proveniet fractio, ut $\frac{2}{3}$. $\frac{3}{5}$ dua tertia trium quintarum: facit $\frac{6}{15} \frac{2}{5}$.

B 3

Si au-

Si autem plures fuerint: duc primum numeratorem in secundum, & productū in tertium &c. ultimum productū erit simplex numerator.

Eodem modo cum denominatoribus age, us

$$234 \quad \text{facit } \frac{2}{5} \frac{4}{5} \text{ vel } \frac{2}{5}$$

$$345$$

Quoties in fractionibus occurrit integrum, frange illud supponendo unitatem virgula interjecta. At si integer numerus annexam habuerit fractionem, multiplica integrum in denominatorem fractionis, & producto adde numeratorem, tali numero priorem suppone denominatorem, ut $\sigma \frac{2}{3}$ provenit $\frac{2}{3} \Omega$.

Item, si cupis fractiones ad eandem reducere denominationem: multiplica numeratorem unius per denominatorem alterius, & prodibunt novi numeratores: Deinde in se ducito denominatores, & productū erit communis denominator ut $\frac{2}{3} \frac{4}{5}$ reducti stabant, $\frac{10}{15} \frac{12}{15}$.

Si autem plures fuerint reducenda fractiones: duc primum denominatorem in secundum, hoc productū in tertium, &c. Ultimum productū erit communis denominator. At si denominator unius est pars demetiens alterius, ratione

ratione totius partem præterito. Multiplica de-
inde singulos numeratores in communem deno-
minatorem, & productum divide per priorem de-
nominatorem, ejusdem numeratoris, hoc produ-
ctum erit numerator scribendus in locum prioris
numeratoris.

Exemplum.

1	2		3		4		5		7	
1	3		4		7		8		9	

Hic præteri 3 propter 9, & 4 propter 8, ac
multiplica 7 in 8, hoc productum in 9 &c. ope-
ratione facta talis erit dispositio.

$$\begin{array}{r} 336 \quad 378 \quad 288 \quad 375 \quad 372 \\ \hline 504 \end{array}$$

In additione atq; cæteris partibus ac regulis
omnia jam dicta observare oportet, frangendo in-
tegrum si adfuerit & integrum cum fracto resol-
vendo: item diversarum denominationum fra-
cta ad eandem denominationem reducendo.

DE ADDITIONE.

Addere numeratores, & producto subscribe
communem denominatorem, ut $\frac{2}{3}, \frac{3}{5}$ facit $\frac{5}{3}$ in-
tegrum videlicet.

B 4

DE

DE SUBDUCTIONE.

Subduc minorem numeratorem à majore, & relictō suppone denominatorem communem, ut $\frac{2}{3}$ à $\frac{4}{3}$ restant $\frac{2}{3}$.

DE MULTIPLICA- TIONE.

In multiplicatione non est opus reductione ad eandem denominationem. Sed multiplicare numeratores inter se, similiter & denominatores, ut $\frac{3}{4}$ per $\frac{5}{7}$ facit $\frac{15}{28}$.

DE DIVISIONE.

Rejice communem denominatorem, & subscribe numero dividendo numeratorem alterius fractionis. Quando autem major fractio per minorem dividitur, productum ostendit, quoties minor fractio in majori contineatur. Si vero minor per majorem dividitur, productum indicat, quotam partem majoris minor contineat, ut $\frac{2}{5}$ per $\frac{3}{5}$ divisa faciunt $\frac{2}{3}$, hoc est, major fractio continet semel minorem, & insuper tertiam ejusdem secundi partem. E contrario $\frac{3}{5}$ per

per $\frac{4}{5}$ divisa, faciunt $\frac{3}{4}$ hoc est minor continet
tres quartas majoris.

DE DUPLICATIONE.

Dupla numeratorem, vel denominatorem
mediato, ut $\frac{2}{4}$ faciunt $\frac{5}{4}$ vel $\frac{2}{2}$,

DE MEDIATIONE.

Numeratorem mediato, vel dupla denomi-
natorem, ut $\frac{2}{3}$ fiant $\frac{1}{3}$ vel $\frac{2}{6}$.

DE REGULIS COM- MUNIBUS.

Regula detri, ex tribus numeris cognitis, id est in
quartum incognitum per vestigat. **O**rdo
trium numerorum. Numerus qui questionem
continet, collectetur versus dextram: Numerus
vero questionis re et nomine similis, ponatur
versus sinistram, tertius medium locum sortietur.
Quibus sic ordinatis: multiplica secundum per
tertium, et productum per primum divide, hoc
modo ignotus, qui ordine quartus est, prodibit.

B s

Exempla

Exempla.

Emi 64. ulnas panni 48 aureis; quanti constent ulnae 12? Operare juxta regulam, eveniunt 9 aurei.

Aliud.

Quando siliquinus modij tres veneunt stufaris 23. quantum erit precium 14 modiorum siliquinus? faciunt 107 3.

Aliud.

Vna ulna venditur 22 stufaris, quanti 64 ulnae? facit 44 aureos.

Quod si unitas fuerit in principio, non est opus divisione, si vero in fine, multiplicatio prætermittitur, ut

Quando 124 libra piperis veneunt 62 aureis, quanti una libra? proveniunt 16 stufari.

Appendix.

Si primus numerus & secundus, aut primus & tertius, partem communem dimetten tem habuerint, per eum ambo minores fieri possunt, & ita minori negotio quartus numerus inventur: ut 40 ulnae venduntur 24 aureis, quanti 15 ulnae? Hic 40 & 15 habent partem eadem, scilicet 5. Igitur dic 8 ulnae comparantur 24

tur 24 aureis, quanti 3 ulnae. Deinde 8 quoq;
& 24 communem dimetientem habent, quare
dicere poteris 1 ulna venditur 3 aureis, quan-
ti 3 ulnae, faciunt 9 aureos.

Animadvertisendum quoq; quando premium
variarum est monetarum, quod semper in ean-
dem reduci debet. idq; in minorem: ut 24 ulnae
panni 36 aureis & 16 stuferis vendo, quanti una
ulna constat? proveniunt 48 stuferi, & $\frac{2}{3}$.

Aliquando regulam invertere necesse est,
ut quod in questione est, primo ponatur loco, res
verò de cuius ratione constat, tertio, ut

Si panis unius oboli pendet 9 uncias, quan-
do modius siliginis 18 stuferis constat, quanti pon-
deris ad eam rationem erit panis unius oboli, si
siliginis modius 8 stuferis veneat, sic ordina ad
regulam.

$$8 - 9 - 18 \text{ facit } 20\frac{1}{4}$$

Item, si modius siliginis venditur 9 stufer-
is, & 18 uncia obolo, queritur quot uncias ven-
dere oportet obolo, si modius siliginis constat 18
stuferis? dispone ad regulam tali modo:

$$13 - 18 - 9 \text{ eveniunt } 12\frac{2}{3}$$

Emit quidam 64 libras 28 aureis, quot li-
bras revendet aureo? dispone sic 28 - 64 - 1
facit 2 libris & $\frac{2}{7}$.

Pro-

Probatio Regulæ.

Tertium numerum collocata primo loco, & primum tertio, ac quartum hac regula inventum medio, & si per operationem regulæ numerus prius in medio locatus redierit, bene operatus es. Invertitur hoc modo primum hujus regulae exemplum:

Eti 12. ulnas panni 9 aureis, quanti constant 64? Provenient 48. aurei, pretium prius in medio positum.

REGULA DETRI IN Fractionibus.

Multiplica numeratorem primi per denominatorem secundi, ac productum in denominatorem tertij, & prodibit divisor. Postea duc denominatorem primi, in numeratorem secundi, & productum in numeratorem tertij, provenietq; dividendus numerus.

Exempla.

Eti 8. libras 20. aureis, quanti $\frac{1}{4}$ libra?
Scribe hoc modo:

$$\begin{array}{r} 8 \\ \times \quad \diagup 20 - 1 \\ \hline 1 \quad \diagdown 1 - 4 \end{array} \quad \begin{array}{l} 20 \text{ dividendus} \\ 32 \text{ divisor} \end{array} \quad \begin{array}{l} [ficit 20] \\ 1 \text{ suff.} \end{array}$$

Aliud.

Aliud.

Venduntur 3 ulnae $2\frac{1}{3}$ aureis, quanti $\frac{1}{2}$?
Sic scribe.

$$\begin{array}{r} 3 \\ \times 2 \\ \hline 6 \\ - 2 \\ \hline 4 \\ \times 3 \\ \hline 12 \\ - 18 \\ \hline 6 \end{array} \quad \begin{array}{l} 7 \text{ dividendus} \\ 18 \text{ divisor} \end{array} \quad \begin{array}{l} \text{facit } 12 \text{ stufe-} \\ \text{ros } \& \frac{6}{2} \end{array}$$

Aliud.

$\frac{3}{8}$ unius ulnae, $\frac{2}{3}$ aurei unius venit, quan-
ti $\frac{1}{8}$? facit $\frac{15}{20}$ vel $\frac{2}{15}$ unius aurei.

Exemplum Regulæ detri inversæ:

Item 8 ulnas panni, cuius latitudo est ulna-
rum $2\frac{3}{4}$ quidam emit, quaritur quot sumet ul-
nas panni subductiij, cuius latitudo est unius ul-
nae $\& \frac{1}{2}$? ordinato, ita ut sequitur.

$1\frac{1}{2} 8 \quad 2\frac{3}{4}$ reducti sic.

$$\begin{array}{r} 8 - 11 \\ \times 2 \\ \hline 1 - 4 \end{array} \quad \begin{array}{l} \text{Eveniunt } 14 \text{ ulnae } \& \frac{2}{3} \end{array}$$

Si in aliquo exemplo plures numeri occur-
rant quam tres, hi cante in tres sunt reducendi.

Quando enim illud vocabulum quanti, co-
haret duobus numeris eos per multiplicationem
in unum questionis numerum reduc: Deinde
reliqui qui questioni re $\&$ nomine respondent, eo-
dem mo-

dem modo reducendi sunt in unum numerum, ut
pro vehendis 6 centenarijs, dantur 3 aurei per 12
miliaria, quantum datur pro 9 centenarijs, per
17 miliaria? duc centenaria in 12 miliaria; & 9
in 17: Et collocabitur hoc modo ad regulam.

$$72 \quad 3 \quad 153 \quad \text{facit } 6\frac{2}{5}.$$

Aliud.

Convictores 5 dant 17 aureos per 8 septima-
nas, quantum dabunt novem convictores per an-
nus spaciū? dispone sic:

$$40 \quad 17 \quad 468: \quad \text{facit } 198\frac{9}{10}.$$

DE regula Societatum.

Societas hic aliud est nihil, quam ubi plu-
res negotiatores diversas numerorum summas in
unam lucri gratia conserunt. Ut sint tres
mercatores, quorum primus 90 aureos contulit,
secundus 60, tertius 50, his mercaturam exer-
centes 100 lucrati sunt. Ambigitur quantum
lucri cuiq; secundum pecunie collatae portionem
cedere debeat. Coniunge in unam summam
singulorum pecunias, qua summa erit divisor,
& ita ordinetur ad regulam detri.

	90	primo	45	
200	100	60	facit secundo	30
	50	tertio	25	

Aliud.

Aliud Exemplum.

Item primus confert 40, secundus 30, tertius 20, qua pecunia so lucrati sunt.

	40	primi	$22\frac{2}{9}$
90	50	30 lucrum secundi	$16\frac{2}{3}$
	20	tertij	$11\frac{1}{9}$

Aliud Exemplum, in quo temporis diversitas intervenit. Tres mercatores in una societate lucrati sunt 480 aureos. Primus 100 consultit & in illa societate permanxit 4 menses. Secundus 62, & perslitit in societate 8 mensibus. Tertius 24, & mansit in societate 12 menses. Quaritur quantum cuique de lucro cedat? Duc uniuscujusque pecuniam in suam ipsius tempus. Deinde ex additione trium illorum productorum sume communem divisorem, dispone autem hoc modo ad regulam detri.

	400	primi	$162\frac{7}{37}$
8184	480	496 lucrum secundi	$201\frac{3}{17}$
	288	tertij	$116\frac{2}{37}$

Probatio.

Simil conjunge singulorum lucrum, & se
praece provenerit communis lucris summa, recte
operatus es.

DE

DE REGULA FALSI.

HÆc regula omnia ferè, quæ à regula detrī
obscura atq; inextricabilia relinquuntur, ex-
plicat. Vocatur autem falsi regula, quod ex ignoto
atq; adeo falso numero, verum numerum perve-
stigare doceat. Proposita igitur quæstione, quare
tibi duos numeros quoscunq; volueris, eosq; exem-
pli proposito applica, tunc si uterq; numerum in
quæstione positum superaverit, aut ab eo defec-
tit, aufer minorem excessum vel defectum à ma-
jore, & relictus numerus erit divisor. Deinde u-
trumq; numerum in alterius excessum vel defec-
tum multiplicata: horum productorum minus sub-
trahe à majore, & residuum per divisorem prius
reservatum divide, provenietq; numerus quaesi-
tus. Si autem unus numerorum quaesito numero
major, alter minor fuerit: conjunge hos duos nu-
meros, productum erit divisor: deinde utrumq;
duc in alterius mendacium: producta per diviso-
rem divide, & numerus quem queris, manifesta-
bitur. Quo autem facilius præceptiones hujus re-
gulae memoria teneas, magni illius Thomæ Mori
carmen adscriptissimus:

A plure deme plusculum.
Minus minori subtrahe,
Pluri minus conjungito,
Atque ad minus plus adjice.

Exem-

Exempla.

Tres mercatores 160 aureos lucris factos
sic divisorunt, ut primus 6 aureos plures ca-
peret quam secundus, & hic 8 plures quam
tertius: queritur quorū aureos primus acce-
pit? Scribe hoc pacto:

72 plus 36

divisor 18, provenient 60 aurei.

60 plus 18

Aliud Exemplum.

Quidam mercator certa quadam pecu-
niarum summa negotiari cœpit, qua tantum
lucratus est quantum prius habuit, sed unum
aureum pro sumptibus exponit: rursus nego-
tiando totam summam ad duplum adauxit, ex-
qua tres pro vectura, & reliquis solvendis ex-
ponit. Sic & tertio negotiando totam summam
duplicavit, sed hic pro sumptibus 4 aureos sol-
vit. Postremo supputans pecuniam suam,
comperit se habere 64 aureos. Ambigitur
quanta erat pecuniarum summa qua nego-
tiari capit?

Pone sic numeros:

8 minus 14

divisor 8 facit $9\frac{3}{4}$

9 minus 6

C

Aliud.

Aliud.

Quinque, conserunt ad symbolam, quantum autem primus dederit ignoratur. Secundus confert duplum primi. Tertius dimidium primi. Quartus tertiam partem secundi. Quintus duplum quarti. Numerata pecunia invenitur 30 stuferi. Quaritur quantum primus dederit? Colloca hoc modo:
12 plus 30

divisor 33, eveniunt $6\frac{6}{11}$
6 minus 3.

DE SUPPUTATIONE quæ nummis fit.

DOcuius hic usque omnem supputandi artem, quæ numerorum notis perficitur. Videtur & in rem juventutis fore, si eandem, quomodo nummis ac lineis perfici posset, tradamus.

De Numeratione.

NVmmus in infima linea unum denotat, in 2 linea 10, in 3 linea centum, in 4 milie. in 5 decem millia &c. ita deinceps densiora multiplicatione augendo summam.

Item spacium sive intervallum inter duas lineas dimidium linea superioris, aut quintulum

plum inferioris valet. Illud quoque memineris, ut milenaria linea cruce signetur, hunc in modum :

5000000	
1000000	*
500000	
100000	
50000	
10000	
5000	
1000	*
500	
100	
50	
10	
5	
1	

Hujusmodi autem linea ob varias monetarum appellations distinguuntur alijs lineis, quæ à summa linea ad imam recta pro-tenduntur, ut si in supputatione occurserint aurei, stuferi, & oboli lineas sic intersecato.

C

Aurei

Aurei	Stuferi	Oboli.
—	—	—
—	—	—
—	—	—
—	—	—

Appendices.

Si quinq_u nummos in linea offendetur, pro illis unum locato in proximum spaciū superius, & pro duobus in spacio, unum in lineam in ascensu proximam, ponito.

Cogimur ē diverso inter supputandum aliquando nummum resolvere, tunc pro uno in linea, locabis unum in proximum spaciū inferius, & quinq_u in lineam sub spaciū.

Item pro uno in spacio, pone quinq_u in lineam proximam inferiorem.

Si digitus linea admoveatur, nummus in ea linea unitatem repräsentat, & in proxima linea superiori decem &c. veluti:

10000 — — — —	1000 — — — —	100 — — — —
1000 — — — —	* 100 — — — —	* 10 — — — —
100 — — — —	10 — — — —	1 — — — —
10 — — — —	* 1 — — — —	— — — —
1 — — — —	— — — —	— — — —

De

De Additione.

IN additione pone primum numerum in linea & spacia: huic secundum adde: deinde & tertium, donec omnes posueris, & prodibit universorum summa.

De Subduktione.

Locato primum numerum à quo debet fieri subductio, & ab hoc subirake minorem incipiendo à superioribus, numerus qui relinquitur, est quem queris.

De Multiplicatione.

Multiplicandum numerum pone, deinde digitum admove linea in qua supremus invenitur nummus, & pro quolibet numero pone numerum multiplicantem. si autem in spatio nummus offendetur, applica digitum proxima linea superiori, & euro nummum per dimidietatem multiplicantis numeri multiplica. Absolutis autem omnibus nummis in linea, & ejusdem linea inferiori spatio postis, adde digitum in descensu sequenti linea, & eodem modo nummos multiplicat: poslea descendere ad inferiores lineas, quousq; nummos quoscunq; in eis inveneris, sic auxeris, & habebis quantum numerum.

C 3

De

De Divisione.

Dividendus numerus locetur & incipe à superioribus, ponendo digitum ad illam lineam in qua primo divisorem, aut ejus medietatem habere potueris, & quoties divisorum ab alio dempseris, nummum pone ad lineam, quam digitus tangit. & si dimidium sumpseris, nummum in spaciū sub eandem lineam locato. Dum autem divisor, aut ejus medietas amplius in linea superiori haberi non potuerit, descende tam diu cum digito, donec divisorem aut ejus medietatem habere possis, idq. in finem usq. obseruetur, & si quid divitore minus manserit, redundabit, & alter numerus tibi manifestabit numerum quem queris.

Additio probatur per subductionem, & contra subduktionem per additionem. Item multiplicatio per divisionem & è diverso diviso per multiplicationem.

Regula detri, & aliae hic eandem habent praxin dividendo & multiplicando, ut superius traditum est, quare consulto eas nunc omitto.

Sequun-

Sequuntur quædam quæstiones
utiles & jucundæ.

Legati sunt tribus 246 aurei sic dividendi: Primus eorum habebit duas partes, alter tres, tertius quatuor. Ambigitur quantum quisq; capiet? Collige dictas partes in unam summam, & provenient 9, quæ summa erit divisor. Ordinato deinde hoc modo ad regulam Detri.

2	
9	246
	3
	4

Recipiet itaq; Primus $54\frac{2}{3}$. Secundus 82.
Tertius $109\frac{1}{3}$.

Alia.

Equites 40 & 48 pedites divident 4600 aureos, hoc modo. Quoties unus equitum accipit quinq; aureos, toties unus peditum recipiet 3. Duc 40 in 5 & evenient 200: postea & 48 per 3 multiplicat, provenientq; 144. Has duas summas in unam collige, prodibit divisor 344. Disponatur deinde ad regulam detri.

344	4600	200	
		144	
C 4		Op-	

Operatione facta habebunt equites 2674 $\frac{18}{43}$.
Pedites vero 1925 $\frac{25}{43}$.

Alia.

Paterfamilias conjugem gravidam habens, moriturus testamento sanxit uxori, si masculum pepererit, tertiam suorum bonorum partem; filio vero duas: sin fæmellam, uxori duas partes; filiae unam. Mortuo marito, uxor gemellos peperit, masculum & fæminam. Oritur quæstio quomodo partitio secundum testatoris voluntatem justè sit facienda? Bona vero testatoris estimantur 12600 aureis. Habebit filia unam partem mater duu., filius vero quatuor partes, quia mater duplum habere debet ad filiam, & filius duplum ad matrem. Adde has partes, & prodibunt 7, divisor scilicet. Deinde colloca hoc modo ad regulam detri.

7 12600
1800. 2
1

Proventient filio 7200, matri 3600, filiae

1800.

Civis quidam reliquit 160 aureos, quos
hoc pacto quatuor heredibus dispartiendos
dispo-

disposuit. Primogenito duplum ad matrem,
matri duplum ad alterum filium, huic filio
triplum ad sororem. Debetur itaq; filiae una
pars, filio minori natu tres partes, matri sex,
primogenito duodecim. Collige has partes
in unam summam, & provenient 22. divisor.
Ordina hunc in modum.

		12
22	160	6
		3
		1

Operatione factâ primogenitus accipies
 $87 \frac{2}{11}$ mater $43 \frac{7}{11}$ alter filius $21 \frac{2}{11}$ fi-
lia $7 \frac{3}{11}$.

F I N I S.



C 5

NOTA

NOTE
NUMERORUM
ET RATIO NUMERANDI
VETERIBUS ROMANIS
USITATA.

Nota quibus Romani numeros significabant, haec fuerunt.

I	Unum.
V	Quinque.
X	Decem.
L	Quinquaginta.
C	Centum.
Id	Quingenta.
cl	Millia.
lxx	Quinq; millia.
cccl	Decem millia.
cccc	Quinquaginta millia.
ccccl	Centum millia.
cccccl	Quingenta millia.
ccccclxxx	Decies centena millia.

Incipiendo nimirum à litera I , &
ita progrediendo, ut alternis modo in-
quintuplum summa crescat, modo in-
duplum , ut I quinques geminatum,
facit

facit V; V duplicatum facit X: X duplicatum facit XX. atq; ita deinceps. I autem circumscriptum media lunula à latere sive dextro sive sinistro valet quingenta. Ex cuius notæ similitudine D littera ab aliquibus scripta est. Mille autem formabant sic cl̄, I scilicet utrinq; una lunula inclusum. Ex quo factum est, ut vulgo M pro mille scriberetur. In lapidibus, & libris antiquis, numerus millenarius etiam sic ☩ notatur: Atq; hoc illud est, quod Priscianus ait, X circumscriptum mille significare ☩

Ultra autem decies centena millia Romani numeri non progrediuntur: quocirca cum plura significare vellent, notas duplicabant, ut cum duo millia notabant, faciebant id hoc modo, cl̄ cl̄, cum tria millia, hoc modo cl̄ cl̄ cl̄.

Observandum etiam illud est, non raro eos notam unam alicujus numeri posuisse, & lineolam transversam ei super imposuisse, eamq; tot millia significasse, quot millia ipsa nota præ se ferret, nimirum ut X hoc modo positum, valeret

leret decem millia. **L** quinquaginta
millia. **LX.** sexaginta millia, atque ita
deinceps.

Ea tamen ipsa regula in veterum mo-
nimentis non est perpetua. Non raro
enim lineolam numeris alicujus notæ
additam invenias, ubi numerus non au-
getur.

Cæterum ratio quoque observanda,
est, quam Romani servarunt in detractio-
ne, de qua Regula dari hæc potest. Mi-
nor numerus ante majorem positus, sem-
per detrahit majori tantum, quantum
ipse minor significat, ut **IV** quatuor,
VII octo, **IX** novem, **XL** quadragin-
ta, **VL** quadraginta quinq; **XXC**
octoginta, **XC** nonaginta,
C **OO** nongenta, &c.



NUME-

NVMERVS GRÆ- CORVM.

	10	20	30	40	50	60	70	80	90
	I	x	λ	μ	v	ξ	o	π	l,
1	α	Iα	κα	λα	μα	να	ξα	οα	πα
2	β	Iβ	κβ	λβ	μβ	νβ	ξβ	οβ	πβ
3	γ	Iγ	κγ	λγ	μγ	νγ	ξγ	ογ	πγ
4	δ	Iδ	κδ	λδ	μδ	νδ	ξδ	οδ	πδ
5	ε	Iε	κε	λε	με	νε	ξε	οε	πε
6	ς	Iς	κς	λς	μς	νς	ξς	ος	πς
7	ζ	Iζ	κζ	λζ	μζ	νζ	ξζ	οζ	πζ
8	η	Iη	κη	λη	μη	νη	ξη	οη	πη
9	θ	Iθ	κθ	λθ	μθ	νθ	ξθ	οθ	πθ

100. 200. 300. 400. 500. 600.

ε σ τ ν φ χ

700 800 900 1000.

ψ ω θ α.

vel

ι σ ιο σο ιοο ζοο σοο ιοοο σοοο
 ι ε Δ |Δ| Η ΗΗ |Η| Χ |Χ|

Ex

Ex hac tabella pendet expli-
catio Graci cuiusdam Epigram-
matis ex libro secundo Antholo-
gias, scripti in quendam Dama-
goran.

Δαμαγορεαν καὶ λοιμὸν ἴστηψηφόν πις ἀκηύοις
ἔστιστ αἱροτίρων τὸ τεστόν σὺ ιγνώσθε,
ώς τὸ μέρθο δὲ καθέλκετ ἀνελκυστὶ τὸ
τάλανθν

Δαμαγορεαν. λοιμὸν δή εὔρει ἐλα-
φεόπεον.

F I N I S.




28. Nov. 1958

facit V; V duplicatum
plicatum facit XX. at
I autem circumscriptum
à latere sive dextro sive
quingentā. Ex cuius
ne D littera ab aliquibus
le autem formabant sic
utrinq; una lunula inclu-
factum est, ut vulgo M
retur. In lapidibus, &
numeris millenariis etia-
tur: Atq; hoc illud est,
ait, X circumscriptum
re ☺

Ultra autem decies
Romani numeri non
quocirca cum plura sig-
notas duplicabant, ut
notabant, faciebant id hoc
cum tria millia, hoc mod-

Observandum etiam
rarò eos notam unam
posuisse, & lineolam tri-
per imposuisse, eamq; t
casse, quot millia ipsa no-
minirum ut X hoc mod-



the scale towards document